Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.
Wien, 1794 Seite 2237
Quelle:
Copyright:

ſus ex pſalterio. Item *Compendium vere vite humane pro Sereniſſimo domino Maximiliano Nobiliſſimo ſub ſole adoleſcentulo.* Erat is tum decennis. Compendium iſtud nil eſt aliud, quam locus *Matth. c. 7. Omnia quecunque vultis, ut faciant vobis homines* &c. diverſimode latine et germanice redditus. *Fol. 18. Liber ſancti Bernhardi de Conſcientia. Fol. 27. Oratio ſancti Gregorii pape*, ejusque *Expoſitio Pſalmi: Miſerere mei Deus. Fol. 35. Oratio ſancti Thome de Aquino. Fol. 36. p. 2. Documentum morale ſuper 7. condiciones puerorum.* Ad infimam oram minio: *Pro ſereniſſimo d. Maximiliano documenta ſalutis puero vtique nobiliſſimo huius mundi. Fol. 42. Hyſtoria abbreuiata Barlaam delectabilis et edificatoria.* Capp. 37. *Fol.* 62. p. *2. E Dyalogo Ceſarij* (Heiſterbac. O. Ciſt.) *Diſtinct. 5.* Narratio *de ſecta albigenſium. Fol. 64. E legenda Sancti Colomanni patroni inclite regionis auſtrie.* De Corpore ejus in Hungariam lato et relato. *Fol. 66. De ſancto Johanne Damaſceno. E Vincentii Speculo.* L. 17. c. 103. *Fol. 69. Noſtra et non aliena peccata debemus pre oculis habere.* Exemplum Abb. Pyoris e Vit. PP. *Fol. 70. Ex dyalogo Ceſarij diſtinct. quarta.* De Liberalitate. *Fol. 71. p. 2. Exemplum valde dampnabile eſt ſcienter non integre confiteri* &c. *Fol. 76. Quedam de Contemplacione ſeu meditacione. Fol. 77.* Varia *de Paſſione Domini. Fol. 84. Expoſicio dominice orationis Sancti Auguſtini epiſcopi. Fol. 88. Sermo* XVIII. Ejusd. *in Dominica die ante inicium quadrageſime. Fol.* 92. p. 2. Quaedam e *Sermone S. Maximi Ep. de dominica in medio quadrageſime. Fol.* 95. *Ad milites Exhortatio ſancti Maximi. Fol.* 96. Quaedam de *Libro Conſolacionum.* Puto *Johannis de Tambaco* O. P. En igitur primam Lancem ſaturam *Leonardi* noſtri, a qua disjungi non debet Altera; *Duos* enim ab Eo Libellos *Friderico* oblatos fuiſſe, ſupra audivimus.

DLXXXVII.

Codex chartaceus lat. Sec. 320
XV. Folior. 104. 4. Eſt Pars altera Collectaneorum F. *Leonardi de Valle Brixin.* O. P. *Friderico* III. oblatorum, ut Nota, quam e P. I. ſupra dedi, hic repetita teſtatur. Continentur vero hic ſequentia: *Fol.* 2. *Quidam modus mitigandi iratos.* Capp. 13. *Fol.* 4. *De Condicionibus Itineris.* Ad oram infer. *Pro Domino Ceſare iam diſponente ſe ad viam verſus Romam. Anno &c.* 1468. Omnia 7. Capp. moralia. *Fol. 7. Libri I. Thomae Cantiprat. de Bono univerſali* ſeu *de Apibus Caput XIII.* excerptum. *Fol. 11. Inductio quedam potentium ad libenter cogitandum de ſua morte, occaſione Alexandri Magni. Fol.* 14. *Tractatus quidam de Indulgentijs multorum dubiorum vtiles continens et neceſſarias ſoluciones, lectus in vniuerſitate*